UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Domicilium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

Hinc eſt quòd quælibet ignorantia etiam craſſa excuſet à dolo, nõ tamen à culpa ſimplici. cap. 27. num. 141.

Pactum quod fit vt depoſitarius non teneatur de dolo, eſt illicitum & nullum. cap. 17. num. 181.

Doli actio non datur ob omnem quantitatem, quæ mortalem culpam facit. c. 17. n. 5 lit. E. in Nou. nu. 3. §. Non obſtant.

Per dolum verò & fraudem peccat mortaliter qui in contractibus aut quaſi contractibus afficit aliũ damno notabili. c. 23. n. 77.

DOMICILIVM. Subiectio ratione domicilij maior eſt quàm ratione originis & beneficij. Beneficium autem requirens reſidentiam perſonalem, confert domicilium. c. 25. n. 111. §. 3. verſiculo, principaliter dico.

DOMINIVM.

A ILLVD dicitur dominium directum, quod habet is qui proprietatẽ rei habet ſine Vſufructu. Illud verò dicitur dominium vtile, quod habet is qui, ſine proprietate, habet ius fruẽdi re perpetuò, vel pro ſua vita, vel plus aut ſaltem pro decẽ annis. c. 17. n. 174. & 8

B Lex non prohibet dominij tranſlationem rei datæ alicui, ne maleficium faciat, ſed tantùm concedit condictionem. n. 34.